

NATALIS COMI-
TIS MYTHOLOGIÆ, SIVE
EXPLICATIONVM FABVLA-
rum, Libri decem:

*In quibus omnia propè Naturalis & Moralis
Philosophiæ dogmata continentur.*

EIVSDEM LIBRI QVATVOR DE VENATIONE.

Omnia præter nuperrimam ipsius Autoris recognitionem
& locupletationem, Opera & labore Geofredi Lino-
cerij Viuariensis recognita: cuius liber vnus
recens accessit Mythologiæ Musarum.

*Cum Indice triplici, rerum memorabilium, urbium & locorum &
variis heroibus denominatorum, ac plantarum & anima-
lium singulis Diis dicatorum.*

Opus cuiusuis facultatis studiosis perutile ac propè necessarium.

SENESCENTE INVIDIA



MOLLIVNTVR IRÆ

PARISIIS,

Apud Arnoldum SITART, sub scuto Colonienſi,
monte Diui Hilarij.

1583.

CVM PRIVILEGIO REGIS,

CLARISSIMO ET ILLVSTR.

VIRO DD. DE GADAGNE AN-

tistiti meritissimo & Reginae matris

Consiliario, Geofredus

Linocerius S. D.



NA hominum politica natura & gloria sti-
mulus (artistes amplissime) vel certe labo-
ris propositum premium, artes non solū alit,
tuetur atque conseruat: sed præclara quæquæ
ingenia ad eas magnificentius augendas cõ-
tinenter excitat, accendit & inflammat. Ea est autē huius no-
stri seculi felicitas, in quo omnia literarum studia, his tribus
veluti sacris quibusdā, ignibus sic reuiviscunt: ut pristinum
suum candore decoremque citra controuersiam aliquam iam
recuperare animaduertantur. Ne cui igitur sit mirum, si sacra
Poesis, ut pote quæ inter disciplinas antiquior mysticaque
magis, ipsa quoque profundissimis immersa tenebris, tandē
se se mortalibus explicare dei beneficio incipiat. Nā cum an-
nis superioribus, Natalis Comes egregius philosophus, maxi-
mus Poeta, antiquum Poetis ornamentum suis Mythologicis e-
narrationibus ferè restituerit, omniaque sua cõsilia ad inter-
pretanda fabularū mysteria direxerit: studiosos plerisque sua
hac pulcherrima voluntate ita inflammat, ut non solum il-
lius lectione delectentur, sed in dies etiam de promouēda hu-
iusmodi doctrina cogitent. Licet mira eius autoris sedulitate
& ingenij altitudine effectum sit, ut pauca iam sanè restent,
quæ in tot fabulis splendore suū non sint assequuta. Ego tamē
minorum gentium homo, cum menses quosdā in prælectione
horum librorū exegissem, (quod tunc temporis typis manda-
rentur) assidua amicorum & mihi familiarium hortatione
uictus, genium meum timidum recollegi, ut illis præstantis-

NATALIS COMITIS
MYTHOLOGICÆ.
LIBER PRIMVS.

Quod sit totius operis argumentum. CAP. I.



V M tantam esse perspicio cognitionis antiquarum fabularum vtilitatem illustriss. atque optime Ioan. Baptista Cæpoggi, quas poëte veteresque sapientes suis scriptis inseruerunt; quantam nullo orationis genere complecti possem; admirabile quiddam profectò, mihi videri solet, cur nullus ex antiquis scriptoribus ad hanc vsque diem vniuersam insigniū fabularum explicationem susceperit. Atque id eò magis, quòd vniuersa philosophiæ præcepta sub his ipsis fabulis antiquitus continebantur: quippe cum non ita multis annis ante Aristotelis, & Platonis, & ceterorū philosophorū tēpora, omnia philosophiæ dogmata non aperte sed obscure sub quibusdam integumentis traderentur. Græci enim cum occultam philosophandi rationem ab Ægyptiis in patriam adduxissent, ne res admirabiles in vulgus eederentur, quòd illis malè perceptis ab religione & ab omni probitate plerumque id facile desciscat; & ipsi per fabulas philosophari clam cœperunt. Deinde cum sequētib; temporibus res fuisset denudata, omnisque recta philosophandi ratio ex his in lucem educta, pauci fabulas, antiquum philosophiæ domicilium, vt ita dicam, respexerunt: easque modò vanam theologiam stultorum hominum, modò aniles nugas, futiliæque mendacium poëtarū fragmenta fuisse crediderunt. Præclare idcirco sacri inte-



GEOFREDI LINOCERII

VIVARIENSIS MYTHOLOGIAE
MUSAÆVM LIBELLVS.

*Quod omnes fere autores, poete praesertim à Mu-
sarum inuocatione ordiantur,*



TRIPARTITAM Philosophi voluerunt humanitatis vitam, quā ex certamine trium dearum Palladis, Iunonis & Veneris, veluti hieroglyphico quodam poetæ designarunt: vnam ex illis quidem θεωρητικῆν, alteram πρακτικῆν, tertiam φιλοσοφικῆν, contemplatiuam, actiuam, & voluptariam. Prima igitur contemplatiua est quæ ad sapientiam & veritatis inquisitionem pertinet. Actiua, quæ tantum vitæ commodis anxia est, hancque fere iam omnes homines norunt. Voluptaria denique quæ libidini obnoxia, nullum honestum reputat bonum, sed solam appetit vitæ libidinem & corruptelam. De his tribus vitæ generibus superioribus libris doctissimè disputatum fuit, ac variis fabularum integumentis denudatis mystica antiquorum sensa declarata. Primo quidè libro, secundo, octauo, nono & decimo theoretica vita continetur: atque illa ex vnius dei contemplatione, quem colimus & reueremur: vel certè plurimorum deorum consideratione, quos introduxerūt antiqui (non quod infinitos deos, numero arbitrarētur, hoc enim nec leges naturæ pati possunt) sed vim & potestatem vnius infiniti per omnia diffusam cum existimarēt, illi pro negotiorum, locorū & effectuum varietate diuersa imposuerunt nomina: vnde verum est dicere, vires omnes cæterorum deorum, vndique per ipsa elementa dispersas, ab vno Ioue, cui reliqua deorū cæterua affinitatis vinculo coniungitur, veluti fonte in multos riuulos fuisse deductas: vt optimè in proemio octauæ libri. Quare iis in libris, vnius

NATALIS COMITIS DE VENATIONE.

LIBER PRIMVS.



VENANTVM canimus fraudes, & mon-
tibus altis
Dispersas gentes, hominumque carumque la-
bores:
Coniugia, & Veneris stimulos, dulcesque Hy-
menaeos,

Et mores, odiumque, & agrestis tempora partus.
Tu magui, tu nata Ionis Cytherea pharetram
Que capis interdum nato, sessumq; repenti
In gremio refoues, & amanti gaudia prestas
Dum pia diua ferum facilem prece reddis amorem:
Nunc Paphon, Idaliumq; tuum, nunc alta Cythera
Linqvito: nunc mecum venias ad lustra ferarum
Dum canimas thalamos: nam certo tempore cuique
Inspiras tacite blandum per pectora amorem.
Tu quoque venantum que fortunata virorum
Vota facis, sylvis errans & rotas curas,
Dic age venantes homines, roburq; ferarum,
Quo se defendunt fugientes tristia fata.
Dic genus acre canum, variorum robur equorum,
Consilia alta virum, vestigi lucra reperti.
Dic odia inter se, & duri certamina Martis.
Tuque ades, & facilis captis illabere nostris,
Magnanimi proles Francisci, clara propago
Roboris, eximie quo Petri cardine valua
Vertuntur, non ingenii tu cedis auitis.
Virtutis fautor, recti defensor & equi,
Da facilem cursum, & felicem porrige dextram,
Dum rate tranquillum, ventisq; fauentibus aequor
Sulcamus, madidasq; vias Aquilone secundo.
Namque potes: tibi regna patent Neptunia, & altum
Aeria regionis iter, terraeque iacentis.
Multiplici petitur certamine turba ferarum
Que mare, qua terras habitant, queq; etheris oras:

MYTHOLOGIA M.

<i>Pauo Ianoni</i>	136	R	<i>Hannus Eumenidibus</i>	
<i>Phalaris Veneri</i>	349		220	
<i>Pica Baccho</i>	482		<i>Rosa Veneri</i>	392
<i>Piculus Marti</i>	159	S	<i>Serpentes AEsculapio</i>	
<i>Pinus Fauno</i>	463		367	
<i>Pinus magna matris</i>	95		<i>Smilax Baccho</i>	482
<i>Pinus Pani</i>	449		<i>Smilax Cereri</i>	512
<i>Pisces Neptuno</i>	169			
<i>Platanus Genio</i>	292	T	<i>Hannus Neptuno</i>	169
<i>Pompilus Neptuno</i>	349		<i>Trigle Hecate</i>	348
<i>Portulaca Mercurio</i>	436			
Q <i>Uercus Baccho</i>	482	V	<i>Ulex Baccho</i>	27
<i>Quercus Cereri</i>	14		<i>Vinu Rhea</i>	263
<i>Quercus Ioni</i>	99		<i>Vitula Isidi</i>	297
<i>Quercus Rhea</i>	263		<i>Vultur Marti</i>	160

FINIS.

PARISIIS,

Apud Carolum Rogerium Anno Domini

M. D. LXXII.

9. Cal. Octobris.